



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Joannes Damascenus. 6. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

5. Maii. VITÆ SANCTORVM. 233
immarcessibilem charitatem, totamque se ejus subjiciat
voluntati, in cuius operibus atque judiciis nihil vacat à
veritate Iustitiae, nihil à miseratione Clementiae. S. Leo
serm. de Jejun.

Nam &
gaude-
udebat,
mundo
, neque
omnem
ustribus
ndaque
alchim
paupers
, ut de-
ndicata
Sed lau-
spicus,
tua sunt
ubi cir-
c vixit.
liberalis
tem fe-
et opes
esauros
ana fidei
dis mu-
premum
l miror,
recta in
sse inter
am. Ex
Rectori
imman

8. JOANNES DAMASCENUS. 6. Maii.

E Tiam hic JOANNES, cui à patriâ DAMASCENO
nomen fecit, inter VIRGINIS cultores in pau-
cis est numerandus. Cum enim Saracenorum Du-
ci à consiliis esset, calatum interim in Leonem
sacrarum imaginum hostem strinxit, pulchrum
existimans, pro MATRIS capite manum suam ob-
jicere. Nam cum literas commentus impius esset
Imperator velut ab ipso JOANNE scriptas, quibus
Damascum prodere cogitaret, easque Saraceno
transmisisset, dextram hic scilicet detruncavit in-
nocenti. Sed precanti & ante icona DEIPARÆ fa-
miliariū querenti, quod ad pugnandum pro ipsius
& Filii honore inermis jam esset, ecce tibi auxilia-
tricem manum VIRGO porrigena, dextram inte-
gerrimam restituit, relictâ solum in miraculi vesti-
gium lineâ rubente, quam rectius armillam nos
dicemus. Hinc JOANNES sapientiae sanctioris ru-
dimenta inter Anachoretas discere aggressus, ma-
gnos brevi progressus fecit. Fiscellas enim in patriâ
Iesus vendere, risui scilicet fuit, qui nuper om-
nium admirationi erat. Jam sordes omnes in cœ-
nobio illâ, illâ non tam suâ quam VIRGINIS manu
Iesus purgare, non dubitavit imperio obsequi.
Quare manum tam nobili victoriâ splendidam
calamo denuò ipsa cæli Imperatrix MARIA arma-
vit, scripsitque illa quæ hodieque orbis omnis
miratur. Sed nimirum quæ reddidit, etiam rexit
dexteram. Ex Io. Patri. Hier.

Nostram

Nostram memoriam repositorum Deipar & faciamus.
Hoc verò quomodo erit? Ea fuit Virgo, & amatrix Vi-
ginum; Si ergo cum corpore mentem quoque castam ha-
buerimus, inhabitantem ejus gratiam possidebimus.
S. Jo. Damasc. serm. de Ass. B. M. V.

S. FLAVIA DOMITILLA V. & M.

7. Maii.

Adornabat in centesimum CHRISTI annum
FLAVIA Aurelio despensa nuptias, & ad nu-
ptias sese imprimis: cum Nereus & Achilleus, qui
a cubiculis illi erant, sollicitam moverunt, ut eam
in comendo curam cælo impenderet, ita fore, uni-
sponsum CHRISTVM nanciseretur. Audiit illa
tam salubria monentes, repudiatoque mortali
sponso, immortali nubentem Clemens Pont. Max.
ex more Christiano, flammeo involvit. Consilium
hoc optimum etiam ipsis auctoribus fuit. Nam
duo egregii illi Paronymphi mox Martyres coro-
nam primi nuptiale abstulerunt; at FLAVIA in
exilium missa, dura atque aspera multa perpessa
est. Post cum Theodoram atque Euphrosynam,
qua ad Aurelii amores iterum illam abstrahere ni-
tebantur, in suam etiam sententiam pertraxisset, &
ipse Aurelius dum choreas ductaret, subito fato
corruens, mortuales fecisset, quas nuptiales puta-
verat; irâ ardens hujus germanus Luxurius, adi-
bus in quibus DOMITILLA cum geminis, quas
memoravimus, virginibus agebat, ignem subjecit.
Sed nempè tam sanctis nuptiis ille sic tædas præ-
luxit; sponsarum verò postridie corpora, ut à Cu-
pidinis, sic à tyranni etiam ignibus integra fue-
runt, & à eam sanctis flamarum spoliis hodie
Eluacum Germaniæ civitas splendet. Ex Surio.

Despicien-